



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Caietani**

**Cajetan, Thomas**

**Antverpiae, 1575**

Gratia Dei curantur scrupulosi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

## 505 Scrupulos.medic.

est : scilicet ut quilibet se reputet & habeat ut unius Ecclesiae catholicæ, & ad unum ipsius caput in celo Christum, & dubios vicarios Christi habeat ut dubios, nulli ut certo & indubitate pontifici inhæreat, quoniam errandi periculo non se tenetur exponere: nec dubia tenetur habere pro certis: immo temere ageat inhærendo dubio pontifici tanquam certo. Deinde consulat peritos viros simul ac bonos: à quibus si certum consilium tutè se habendi habere poterit, sequatur illud: si vero in ambiguo consilium manet, eligat tutoirem partem. Et hoc ideo summarie pertransito: quia longo opus est tractatu de modo se habendi quo ad obedientiam tempore schismatis propter multitudinem dubiorum ex vario facto causante schisma emergentium: quem si Deus concederit, intendimus seorsum condere.

Aduerto tamen perspicaciter quod schismatis peccatum tendit contra unitatem sive Ecclesiae sive capitulis formaliter, & non contra unitatem cum ista vel illa persona determinata. Et propterea si rationabiliter dubitatur has personas esse partes seu membra Ecclesiae, & similiter si rationabiliter dubitatur hanc personam esset caput Ecclesiae, & propterea non habetur hic pro papa certo, aut non habetur totaliter pro Papa ratione ad hoc ducente, non incurritur crimen schismatis, etiam si error interueniret: quia non interuenit schisma formaliter. Et ratio probabilis excusat ut schisma materialiter non redeat in naturam suæ formæ, hoc est in formale schisma in casu quo sic erraretur.

## Gratia Dei curantur scrupulos.

**S**Crupulorum medicina diuina, est gratia Dei non solum intus habitans, sed exteriori assistentia cù studiens: quæ proprius & alienis orationibus, ieiunis

## Scrupulos. medic. 506

& eleemosynis continuè quærenda est humiliter, deuotè & cum fiducia diuinæ largitatis ex ipius in isericordia immensa. Humana autem medicina est consolere, & acquiescere, rursus vitare principia scrupulorum, hoc est vitare cogitationem de illis in quibus est scrupulosus: quoniam in hoc videtur consistere naturalis causa scrupulorum, scilicet quod mota una phantasia oportet multos consequi: ita quod non est in potestate sua compescere sequentes commouiones: sicut in lateribus ordinatè hæretibus est videre quod in uno cæteri sequuntur cadendo unus post alium. Ipsa siquidem attento ad scrupulum vitandum, scrupulum parit: quia mouetphantiam impedientem liberè incipere vel prosequi.

Medicina autem particularis contra præteriorum peccatorum reconfessionem, est habere credulitatem propriam quod de illo peccato confessus sit pro certitudine, ita quod non amplius cœfieatur. Et in hoc acquiescant consilio meo omnes scrupulosi timorem Dei habentes, qui confessionem suam diligenter perfecerunt. Nec hoc dico voluntariè, sed rationabiliter: quia quæ apud istos est credulitas, apud ipsos sit et si non essent impediti, haberetur pro certitudine. In cuius signum multi horum fatentur se pluries de eisdem oportere confiteri: quia pluries post confessionem occurunt ut dubia: timor enim facit eos dubios: sed consilium hoc rationabile reddat eos quietos ut certos.

Medicina rursus universalis scrupulosa sanans aut quasi sanans est quotidiana examinatio cum diligentia & contritione propriæ conscientiæ, notando commissa & suas inclinationes seu passiones cum frequenti confessione.

Est & magna ac utilis medicina sollicitudo cu[m] factis ad cauendum ea quæ sunt manifestè peccata: qui

*enim*

vt vniuers  
in cœlo  
t ut du  
hæreat,  
ponere:  
erè age  
o. Dein  
quibus si  
terit, se  
anet, eli  
pertran  
e haben  
propter  
causante  
serit, in  
atis pec  
sive ca  
ista vel  
ionabili  
nembra  
tur han  
non ha  
totaliter  
ritur cri  
quia non  
ibilis ex  
aturam  
asu quo

Dei nō  
ntia cu  
iejunis  
&

enim parum curat committere venialia ( ita quod quum scit aliquid non esse morte, parui facit incurere ) solitus non est ad curam animae suae ut fructum reddat in tempore suo. Et propterea mirum non est si Angelica deest custodia ad præseruandum illum qui sibi ipsi deesse paruipendit.

*Scurræ infames dicuntur, & per consequens vitiosi.*

**S**currilitas (qua homo ad risum prouocat inuere-  
scundè nō habita ratione dignitatis, locorum, temporum &c.) peccatum est: ut pote honestæ urbanitati opposita. Sunt autem huic negotio dediti quasi infames: & vocantur scurræ, ex scurrilitate viuentes. Qui verò opis hoc raro exercent, licet peccet, ab infamia tamen nota excusantur. Et quia scurrilitas non est mortal is ex suo genere, considerabis si admixtum habet aliquid contra dilectionem Dei aut proximi, ad hoc ut discernas si in aliquo casu est mortal is. nam ex sola tali admixtione potest effici mortal is.

*Seditiosi unitæ em bonam dissoluentes  
peccato mortali se obligant.*

**S**editio (qua unitas multitudinis dissoluitur discordi-  
bus contra se inuicem partibus illius multitudinis) peccatum est mortale: ut pote contra pacem multitudinis unitæ. Vnde seditiosi sunt non solum autores discordiarum, sed etiam sequaces scindentes ciuitatem, regnum exercitum, aut etiam domum. Et si utraque pars hoc malo gaudet (quia neutra ad commune bonum, sed proprium tendit) utrique seditiosi sunt. Si vero via ex parte conatus est ad commune bonum, & ideo resistunt seditiosis, non inuoluntur seditionis virio, sed tuentur laudabili-  
ter commune bonum pugnando contra seditiosos.

*Sicut*